

P E G A S V S
W I E L O P O L S C I A N V S,

Ad Gentilitia KOMOROVIORVM Flumina,
Læto Coniugii passu decurrens,

& ad

F E S T A N V P T I A L I A

Illustrissimi, ac Magnifici Domini,

D. I O A N N I S
de Pieskowa Skala

W I E L O P O L S K I,
Regni Poloniae Dapiferi,
Becensis, Bochnensis, &c. Praefecti,

E T

Illustrissima, ac Lectissima Virginis

D. C H R I S T I N A E C O N S T A N T I A E
De Komorow,

Comitissae in Liptow, & Orawa,

K O M O R O V I A E,

Officiosissimi cultus, & auspiciatissimi ominis ergo,

Per:

M. S T A N I S L A V M I O S E P H V M B I E Z A N O W S K I Leopol.
Philosophiae in Alma Vniuersitate Crac: Doctorem

Epithalamico Musarum applausu

C E L E B R A T V S.

Anno à Partu Virginis 1665. Die 4. Ianuarii.

C R A C O V I A E

Apud Viduam, & Haeredes Francisci Cefarii, S. R. M. Typ.

^{I N}
GENTILITIVM
I N S I G N E

Illustrissimi Neosponsi.



*Calcibus auratis Sonipes, pulcherrima Martis
Gloria, bellorum robur, & omne decus.
Armorum plenus meritis, palmisq; decorus;
Quas WIELOPOLSCIADV M Martia dextra tulit
Sanguineos fontes, & flumina seuæ cruoris,
Iam pacis dulcem mutet in ambrosiam.
En patrios illi latices KOMOROVIA donat,
Scilicet his nectar fontibus ille bibet.*

I N S T E M M A

Illustrissimæ Neosponsæ.



A D

Illustrissimum Neosponsum PROPHASIS.



Enit in obsequium gloriae Tuae, calamus iterum no-
ster, Illustrissime Sponse, Tibi iam olim deunctus, & me-
rito Tuo, & officio nostro. Trahimur omnino ad sortes, la-
cemque Tuam; quae Pegaso Tuo necessitatem imposuisti, de ve-
stigis eius nihil remittere; quocumque tandem, seu per plana
aspera Fortunae decurrat. Diuinum hoc, sanguinis Tui In-
ycanum quendam habet cum eruditis mentibus nexum: quo fit
Tuos nunquam solus sentias; raro alijs uberius, quam cum quibus-
dam familiaris, familiaris versaris, communices. Plausum nunc Pegaso
myrteas damus; ad cuius pallidas cupressos, lachrymas quot
infausta arboris non ad incrementa; sed casum. Intellexere hoc
reddideruntque nobis flumina pro fontibus; dum Tibi illustrem pro-
fuerunt. Hic enim uero Tuus, ad vota secunda cursus,
parte recreet; quo pectora Polonia, laetitia
ad gaudiorum Tuorum faciem, tota
conuersa sit. Aestimabis hinc, Ma-
gentem pretium: quod dum ex-
OLSCIAM desiderat; non uol-
promptuaria, ipsosque
hac profecto Pega-
um, pax, belloque to-
NA, Connu-
meruit. At
n tota ela-
suum fre-
go Pegaso
gloria in-
plendori-
s, ad co-
admi-
equi

Martie portasti sonipes, Lechiaque dedisti.
Te super, ACHACIOS, FELICES, inelyta priscae
Atque STANISLAOS Virtutis nomina, magni
Excepere dies sacrorum, quaeque recentes
Aetas cum titulis mirata, in GASPARE laudes,
Sanguinis omne decus priscum collegit in vno,
Quem seruat Patriae, bonitas diuina, IOANNE.
Pegase parce precor, nunquam fessore Pelasgo,
Quem Xanthus, Lyciaeque amnes, quem sensit Himæra,
Inuicta virtute Virum, sublimior isti;
Hoc onus immortale tuis quod nititur alis,
Inferturque polo per te, clarissima praefert
Symbola; plusque tibi victuri nominis addit;
Bellerophonteis quam si notissimus actis,
Sydereas inter flammis, fulgentior orbi
Clareres patrio. fuluo rutilantibus auro
Calcibus, in Lechicis nunquam felicis aruis,
Cum fessore tuo poteris spectari; ut nunc
Aureus infideat cum VIR tibi, WOYNICIENSIS
Castellanus, amor Patriae, splendorque Senatûs.
Fortunam sentisne tuam? cum quidquid in auge
Seu virtus, seu Martis amor, seu Pallas, & altus
Ponit honos, vno conclusum pectore gestas.
Huc omnes, Patriae qui publica commoda seruant,
Concurrere Dij, consummati que verendum,
Formauere Viri speculum, Confusque, Themisque;
Suadaque cum Rhodopes diuo. pulcherrimus inde
Virtutum, meritorum, & honorum nexus in illo
Surgit, & eloquii sapientis gloria princeps.
Illi cana animum prudentia, flore iuuentae
In medio, suadaeque lepos, maturaque curis
Insedit grauibis cauta vigilantia mentis;
Dumque nihil vulgare sapit, nil destinat imis
Assuetum curis, tacito quod felle voluptas,
Ignauisque animi torpor deturpat, & altis
Mentibus exosum reddit; subijisse theatra
Publica cum plausu meruit, faciemque Poloniae
Lucis, & augustos VLADISLAI Regis honores.

Sarmatici tum summus honos, pax alta, decusque;
Florebat Regni, victricibus aurea fauibus
Vndique fors sceptris, pacisque negoti victor
Sarmata, belligero tractans sub Principe, magnos

Casibus Heroas iam tum formare futuris
Visus erat. nam longa quies, diuturna; Regnis
Pax suspecta venit, bellorum femina lentis
Passibus, excidiumq; trahens fatale Gradiui;
Ni DEVS Atlantes Regnis, & Martia seruet
Pectora, consilijq; Viros, & Nestoras alti
Prouideat. Cælo quod victor Sarmata debes;
Ipse tuo cineri toties, bustoq; superstes;
Iamq; sepulchralis propior tristissima pompæ
Syrmata; quam laurus insignia ferre virentis,
Atq; trophæorum moles armare stupendas;
Nempe tibi seruata polo, formataq; longo
Rerum vsu, pro te tot fortia corda Virorum,
Totq; animæ illustres; quarum tua robore nixa
Inconculsa salus stetit, & mirabile nomen,
Herculeas inter nutantis tempora fati
Supposuere manus. qualem WIELOPOLSCIVS Heroas
Cælitus in summo rerum discrimine, totq;
Fulmineos inter casus, tum sanguine multo
Pronus opem, suadâq; tulit; dictamine recti
Consilii, vicina trahens in foedus amicum
Regna, coronatosq; apices ad mutua belli
Subsidia, opportuna dedit nutantibus arma.

Grata recordantum pietas est, quod Tibi longâ
Debeat annorum serie, Vir Maxime, quodq;
Circumferre Tuus sonipes, pernicibus olim
Subuectus pennis valeat; quod Cæsaris arma,
Germanasq; acies Lechico coniungere Marti,
Pannonas, & Suecos contra, prudentibus actis
Concessum, Suadâq; Tuæ, prouexerit altum
Rem Patriæ, tumidumq; diu contuderit hostem.
Hoc egit vis illa Tuæ, formataq; mentis
Ad casus quoscunq; acies, mirusq; profundi
Iudicij sensus; quem publica rostra Senatûs,
Luxq; omnis Patriæ toties agnouit, & vsq;
Approbat, ac tacitis numerat suspiria votis;
Heroas cupiens similes, & plurima nasci
Ad tantum prouecta decus fastigia, magnæ
Virtutis, dotescq; pari cum sanguine iunctas.

Sed Tibi magna Parens Lechiæ, tot cladibus orbe
Attonito maior, votis hac parte secundis,
Quam bene prouisum superi voluere fauentes;

Dum

Dum Patris ad speculum, solidæ virtutis imago,
Vnica, sed multis potior, maiorq; relucet
Lux WIELOPOLSCIACI clarissima sanguinis, & spes,
Sarmatici Dapifer Regni, cor nobile Patris.
Pectus in hoc, virtus Heroica stirpis auitæ
Transiit ad summum; genij viuaxq; paterni
Spiritus, ingenti transfudit flamine; quidquid
Immortale tulit, mortalibus vndiq; curis
Altior, & meritis pariter fœcundus, & annis.
Scilicet hoc voluit Virtus, & prona fauentis
Naturæ bonitas, vno dum pignore grandem
Decreuit constare Domum, compendia seruans
Sanguinis emeriti. ceu quod pulcherrima quondam
Heroum series, splendoribus vndiq; ductis,
Fecerat ad summum magno consurgere passu,
Pulchrius in partu vellet spectarier vno
Collectum maiore gradu, virtutis, honorisq;
Et famæ nunquam moritura. clauditur vnâ
Vnio sic conchâ, pretium seruatq; nitoris,
Haud commune alijs. sic alitis vna perennat
Assyrij collecta magis, celebrataq; passim
Fama per inconcessa alijs spiramina vitæ;
Sed tantò victura magis, dum rota resurgit
Tota cadens, semperq; pari describitur ortu.
Carius haud quidquam, quàm quod perfectius vno
Absoluit natura typo, vicitq; seipsum.
Arte suâ, mirata nouos, quos fecerat, ansus.
Prodiga sic in Te voluit magis, & magè haberi
Munifico profusa sinu; quæ fudit in omne
Te natura bonum, Dapifer lectissime, dum Te
Cor Patris, & pupillam oculi formauit in vno
Maiorem pretio, curas perfectius omnes
In Te perficiens, operi non ausa secundo
Admouisse manus; quod par Tibi nouerat haud iam
Posse sequi, nisiq; suo contenta quieuit.

Inde Tibi potior, magnoq; simillima Patri
Gloria, curarum postquam Te publica moles
Exceptit, magnisq; datum succedere rebus:
Quippe sub aspectum Lechici splendoris, & inter
Emeritos Ciues Patriæ, dum prodis ad ipsum
Lucis honoratæ fontem, iam publica visa est
Res natiua Tibi, lux, & veneranda Poloni

B

Maie.

Maiestas Regni. tantum Patris. inclyta magni
 Profecere in Te exempla. obseruata tot annis;
 Ipseque qui summis aspectus queneq; negotiis.
 Erudiisse animum poterat. nam calculus ille.
 Quam sapiens. quantumque Tuo famulatus honori!
 Præside Te. dum summa rei consulta Polona
 Decerni voluit. communi deq; salute.
 Ardua curarum molimina. Te duce Equestris
 Ordinis institui. quid enim Te dignius illa
 Consilii facie & grauius quid. Nestoreoque
 Dulcius eloquio? non sic Tyrinthus olim
 Corda metalliferis visus strinxisse catenis.
 Traxit in obsequium suadae; nec tanta Philippum
 Fulmineo veniens facundia terruit ore;
 Eloquioque magis vinci. quam Marte Pelasgo
 Fecit; & in Latiis quæ princeps suada theatris
 Visa triumphasse est. decus immortale diferti
 Est in Te venerata oris. mentisque togata
 Grande penu; quod vera animi sapientia. totque
 Doctorum firmavit amor; memorabile sacris.
 Nomen ob id. munusque. Tuum; quo functus. ad omnem
 Dum fortuna gradum pronos Tibi sternit honores.
 Procedes votis communibus vndique nixus.
 Nunc tamen Augusto quamuis sub pectore. grandes
 Seria mens curas. & rerum pondera voluat;
 Tota nec à luctu se vindicet; Angela quondam.
 Angela dulcis amor cordis. quem saepe reuulso
 Vulnere congeminat; memori nec desinit ictu.
 Sponte sua. languentem animum seruare dolori:
 Læta noui facies. & lux succedat amoris;
 Deque serenatae frontis noua gaudia celo.
 Atque dies festiua micet. noua Pegasus arma
 Atque aliud meditetur opus; quod conscia rerum.
 Cypridis. & Paphiae norunt arcana sagittae.
 Pallas amica Tibi. nexu quam diligis arcto;
 Totque inter monumenta Virum. suauissima vitæ
 Quæ tecum momenta trahit. dum summa legentem
 Afficit è calamo scriptorum ducta voluptas;
 Nympharum iam diua choro. Charitumque decoris
 Agminibus cedat. redeunt noua numina nobis
 Coniugii deuota toro. Tua Pegase præpes
 Aligeri cursus victoria. pignus amicum
 Ad sacra vota feret. festo quid iam pede gestit.

Præsentitque suos virtus generosior actus.
 Heroem vectura suum? perniciosior omni.
 Quo cordis præcessit amor. cursuque. volatuque;
 Ocyor & Zephyris. rapidoque citator Euro.
 Non Heliconæ petes qualem Tua rupe bicorni
 Phœbeo lymphis manantibus vngula pressit.
 Musarumque bono; sed quem KOMOROVIA ternis
 Heroum fœcunda. Domus. manare fluentis
 Pannonico latè voluit. Lechicoque Trioni.
 Huc Tua Te virtus illustribus orta trophæis.
 Atque agiles cursus huc aurea semita ducet;
 Ibit & auratis WIELOPOLSCIA gloria pennis.
 Totque animæ Heroum. Lechici tot prisca Senatûs
 Nomina. promeritisque datus. comitante sequetur
 Altus honos numero; donec per fœdera iunctus
 Mutua dulcis amor. Tibi pascua læta Marito.
 Irriguoque ferat. terno de flumine campos.

ILLUSTRISS. NEOCONIVGV M
 Honori. & Immortalitati.

Ad Gentilitia vtriusque decora alludens.
 Votorum Connubialium
 è KOMOROVIANÆ gloriæ fluminibus deducta
HIPPOCRENE I.
 Flumina. quod in vota transeant. amica thalamis numina.
 nouo Votorum ordine. confluxuque ne sollicitent;
 iugis felicitas. prima semper in votis;
 quæ nisi fluminum ritu decurrat; nec iugis. nec prima esse potest.
 Felices. horæ
 non discerni vt guttæ; sed vt aluei continuari debent;
 nisi quis. alternas surgentium. cadentiumque horas. felicitatem esse putet.
 Orbis quidem ea facies.
 Sed navi in hac facie. rugaque. cui in censum pulchritudinis veniant?
 non necimus vota. sed abrupta connectimus. quoties fluere desinunt;
 cumque refartiantur semper. facta. tectaque haberi possunt nunquam.
 Atalanta cursum in iis sequimur;
 inter aurea mala. infelices; dum malis identidem abrepti. abruptique;
 Damna nostra computamus in lucro.

Quò mihi felicitas, quæ cum vicēs habeat, vibices parat?
quibus toties flagellor, quoties à mala sorte vel deicior, vel relinquo.

Ergo dum flumina in vota transeunt,
Nuptiales Genii votiuum, & auspicatum habeant.

Quid ita?

aureo scilicet votorum reti, piscamur in vndis,
non transeuntis; sed perpetuæ felicitatis auspicia.
etiam in iis, quæ labuntur, perpetuitatis, non transitus; sed successus est.

Fontes, & ostia fluminum,

cùm longiùs distent, nusquam tamen non cohærent;
iungit ea, dum transit, perpetuus in circulo transiens humor.
Occultis ego omnibus, etiam cum terram subeunt, non crediderim.

Etiam tum

Perpetuum, quò feruntur, cursum, eò magis fateatur; quò magis dissimulant

Par vtinam,

in rebus humanis felicitatis cursus esset?

Fortunatas Insulas nemo crederet tantum; sed teneret.

Sed quis maxima vouentes ex conditò impediatur?

quibus nemo legem, nemo mensuram posuit;

Tuos præsertim, Pegase WIELOPOLSCIANE,

Inter Nuptiales decursus.

Ad vndas felicitatis tuæ portio maxima,
quæ cum ceteris Græciæ somniis excidisset;
nisi felix vngulæ Tuæ impetus, in eruditam incidisset rupem.

Prouidisti equidem

indefinentem gloriæ Tuæ venam;

dum venam in rupe cauans, ostendisti mortalibus,
quibus ad immortalitatem fontibus abluui debeant.

Sacer hic Helicon Tuus,

qui omnes in Hellade Musas genuit; ad masculam Arcton transiens,

Heroas parere cœpit.

Partus hic ceteris omnibus Sarmatiæ familiarior;
quæ non ante Musas recepit, quàm digna Musis gessisset.

Græciam quidem olim

calami magis oppressere; quàm facta;

Sarmatiam, cum facta premerent, calami defuerunt.

Sæculum illud prægnans meritis,

obstetrice, quæ partum exciperet, Lucinâ, luceq; caruit.

Ascia quippe STARZARVM, vetus in Orbe Polono decus,
aciem primam, cum in acie Martis, struendaq; trophæorum mole fatigasset;

Serò tandem ad Iouis caput, Palladem, valido ictu eductura, accessit

Expectabat nimirum

Nobi-

Nobilem Gentis Stariconiæ Pegasus;

qui calcibus fontem aureis eliceret; quo sacer hic sapientiæ partus ablueretur.

Hæc est felicitas,

Diuinæ Sonipes Tua, an nostra?

quòd, cum Bellerophontes in prælia ferres, Parnasso Phœbos dederis.

Ad rupem quoq; Tuam in Pieskowa Skala

Cùm Mars Rhodopen suam conderet, Pyrene fieri maluit.

Succedebat nempe sæculum

quo victor Macedo, suum Pælo Iuueni non inuidisset Mæonidem,

graue meritis, illustre exemplis, ingeniorum ferax.

Ad STARIKONIOS tum pertinuit,

Pegasi alas ingeniis, cursum Heroibus dare;

Factumq; vt vestigia eorum famâ premente,

Subsequerentur magnos Heroas, magna ingenia.

A calce quidem vsq; ad columnam; sed ad cultum, non victoriam.

Victimam Mineruæ dixisses Pegasus hunc;

tanta illi vbiq; apud eruditos veneratio, tanta celebritas,

qui ne Sinonis artem, Teucris olim noxiam, visceribus tegetet;

Viscera in vsum Patriæ nunquam clausit, sapius effudit.

Phaleras illius Phryx, nec Sidonius tinxit, distinxitue;

candor illius natiuus phalerata respuit, vicitq; decora.

Sitamen & hæc ad laudem generosæ indolis veniunt,

an non sufficiunt STARIKONIIS supra phaleras pretiosæ,

Clauæ, Sigilla, Purpuræ, Mitræ?

Portauit hæc omnia non ad speciem, sed ex merito;

non aliud onus ferre paratior; quàm quòd Patriæ onera leuasset;

dum Heroicæ virtutis auget decora.

Respuit Victoris Alexandri equus, quidquid orbem non vicerat;

nec alia generosius frena mordere voluit; quàm quæ vicius Oriens momordit;

Dignus proinde habitus,

cuius habenas sola manus regeret, quæ Reges, & Regna sola in obsequium flexit.

Sed nec Dictator quoq; Cæsar,

alter Occidentis Alexander,

cùm parem ferre non posset, ferri equo suo alterum vidit.

Leue illi omne visum, excussumq; ; quidquid à Cæsare secundum.

Quid facias ad summa natis mentibus?

Si animantia excutiunt, quidquid non venit ex summo;

turpeq; ducunt imperiū pati, quòd imperium omne non excessit.

Generosissimo WIELOPOLSCIANÆ Domus Pegaso,

non alia natiui Spiritus magnitudo, indolesq;

A magnis Heroibus domitus, sessorem non sustinuit; nisi ad heroica natum.

C

Quot-

Quotquot luci publicæ viros intulit,
honores eos excepere, extulereq; summi.
Putasses eum, vacuum, altâ indole, animum sentire;
ita nunquam adduci potuit;
ut personatos Thraones, idolaq; mente vacua portaret.

Sonipede hoc inveni
ad Senatorij, Equestrisq; Ordinis publica munera prouchi, destinariq; fuit,
Ætatem si omnem non excutio, præsens conuincer.

Quantos Heroes
Pegasus hic tulerit, extuleritq;,
sufficit ad omnem gloriæ mensuram, qui mensurâ omnium delineat, completq;

Illustrissimus, & Magnificus Dominus,
IOANNES de Pieskowa Skała, WIELOPOLSKI,
Castellanus Voynicensis &c. &c.

Priscæ ætatis compendium, delictum nostræ, securæ exemplum,
Honores olim equis habiti, decretiq; ;
tumuli, pyramides structæ.

Decreuit Augustus exequias suo, vix non augustas;
sed tam vano fastu;
quàm Germanicus eidem, carmen funebre cecinit, inutili exemplo.

WIELOPOLSCIANO quoq;
honores dati, concessiq; ; actæ gratiæ & relatæ;
nunquam tamen iustius habitæ;

quàm quod Senatorij Ordinis Heroem hunc, Patriæ tum dederit;
cum inclementia temporum vincta, victaq; , alienis manibus portari debuit.

Protectores illi, an vero baiuli,
ab Arcto, Austroq; quæsi; sed ad uncis manibus;
cum mulcere vellent, vulnera fecerunt;
dumq; portare simulant; vespillones Libitinarij facti, transportare cogitarunt.

Inuenit tamen Patria,
inter Patres Patriæ, WIELOPOLSCIVM;
cuius Pegaso molliter vecta, serò tandem didicit;
aliter se portari ab iis, quos ipsa portauit, nutriuitq; ;
cumq; alibi sinuosos anfractus montium inuenisset; sinus præterquam Polonos non inuenit;
in quibus somnum cum SIGISMUNDO I, securâ caperet.

Ita
non solus olim fumante Illo, dulcia parentum onera,
os, humerosq; DEO similis Heros extulit;
sed obsequium hoc WIELOPOLSCIO,
ad ignes

ad ignes Sarmaticos, vt validius cæptum, ita felicius celsit.
Non extulit tantum Patriam saluam; sed intulit quoq; triumphantem.
in capite suo inuicta, in hoc pectore securâ quieuit;
circumlataq; est per exteras gentes magnificentior, quàm si domi vicisset.
Maiestatem eius apud Cæsarem cum ferret, de maiestate nihil remisit;
apparuitq; in WIELOPOLSCIO tam gloriosa;
quàm si columnas ad Albim, Borysthenemq; poneret.

Ergò
Columnas quoq; gloriæ, quis illi ad fluenta KOMOROVIANA non erigat?
hoc est, quod ipse quoq; Pegasus, ad vndas decurrens voluit,
non metam gloriæ; sed iterum ad posteros perpetui lapsus successum quærens.

Felices vnda!
quarum vada cum nemo transierit, solus amor Pegaso inuenit.
Gaudetis utiq;

non Arionem tantum Delphino vectum, aut Cytheream conchâ;
sed Heroum quoq; Pegasos, vndis prouectos, Neptuni tridentem irrisisse
Amoris hoc est priuilegium,

tentare gradum, quem humana vestigia nec ferunt, nec vestigant.
Qui cum in vndis natales suos fecerit,
Flumina sua, quod in vota transeant, non miretur.

VOTORVM CONNVBIALIVM HIPPOCRENE II.

Festinatam Pegasi Tui cursum, flumina sistunt,
Illustrissime Sponse.
Metam hanc, non est quod obicem credas; amoris meta est,
respirium, non moram ferens.

Quantumcunq; pernicissimo cursu prægredi cupies, est, quæ Te sistat, manus;
Tibi gratior; quàm si vicisses.

Non in Olympicis res Tua agitur;
Facilior hinc ante puluerem victoria;
modò, hæc quoq; arte vinci, inter victoriæ palmas, referas.

Tibi quidem,
augustum gloriæ iter, iam olim cœptum;
expedit tamen, vt Gades quoq; suas, si non cum Hercule ad Oceanum;
ad flumina saltem, cum Macedone habeas.

Magnus ille spiritus, quo ageris, publico bono non aliter proderit;
nisi transfusus in Tui similes, post Te quoq; descendat.
Vestigia gloriæ Tuæ, quæ fecisti, edax temporum vetustas conficiet;
nisi prodeant ex Te, qui ea premant, exprimantq;.

Ætati

Ætati nostræ quàm carum est, quod in Te suspicit!

seu Nestorem, seu Agamemnona induas;
non os, sed aluearium Platonis; non pectus, sed senaculum circumfers.

Intrauere animum Tuum, facto agmine, præcipua Numinum,

Suada, Confus, Minerua, Themis;

cùmq; consilia promere vellent, fecerunt oracula;

Communi bono quàm proficua, publica salus loquatur.

Equestri Ordini in Comitibus Regni, Marescalcus dum præfides;
quantos animorum motus, ad malaciam lenibus Suadæ Tuæ Etesis, reduxeris;
satis, ne ipsa quidem, quæ se non obrutam miratur, Patria dicet.

Fuere,

qui ne ipsos quidem maris fluctus, absq; numero, & concentu,
allidi posse ad Atticam, crederent;

tantum eruditissima terræ portio, in animis hominum præualuit.

cùmq; prima terrarum Attica ex undis emerisse, oleamq; Palladis germinasse feratur;
puduit ipsas quoq; procellas, absque numero, certâq; lege, ad eam ferri.

O diuinam Vim, Geniumq; eloquentiæ incomparabilem!

quæ si alicubi summa; in Tuo certe, **ILLVSTRIS. SPONSE,**

Marescalci officio, admiranda;

quæ motus componere paratior; quàm facere;

Fluctus omnes ad sapientissimum, verèq; Atticum pectus Tuum, ita allisit;
vt rarò absq; concentu, consensuq; votorum euenerit;

Cùmq; copiosissimâ in Te, & ad omnes togatæ prudentiæ numeros exactâ, inuenissent mentes;
præter expectationem, halcyonia Patriæ fecerunt.

Prohibiti olim in Arcopago, ne motus facerent, Oratores;

qui motus componerent, nunquam.

Tua hæc gloria, **ILLVSTRIS. SPONSE,** victrix animorum Suada;
quæ tempestatis publicæ implacabilem scenam, nunquam aspexit;

quin placidissimam redderet.

Sunt & animorum quoq;

Veluti quædam per oculos, vultumq; spiramina;

qui vbiq; compositi, placidiq; sunt; etiam in vmbra, nubeq; corporis
absq; sole suo non cernuntur.

Indumentis corporum, in magnis Heroibus tributum id;
quasi suauis quiddam, odoratumq; optimâ corporis habitudo, in ea transpiraret.

Quantò id magnæ menti conuenientius!

quæ quotiescunq; lucida, & clara intus habetur; etiam per indumenta sua
facile transparet, transpiratq;.

In suoq; crystallo magis; quàm Regii Persarum currius sublime fulgur, repercussa cernitur.
Circumfudit hæc, ex Te orta, Comitiorum faciem publicam;

plerumq; lucis, quod intus collegerat, frigido, euasidoq; aspectu nunquam protulit.

Ab aureo dicentis ore,

Aurea Patriæ hora, diluculum illud auspicata est,

cui ad

cui ad Serenitatem publicam exporrecta, consentientium voluntatum dies, breui successit.

Animorum quippe regimen, propè diuinum,

non alibi efficacius; quàm vbi à sapientiæ studio,

occultæ diuinitatis maiestas, veneratioq; maior.

Resistere talibus, non magis in manu nostra situm est;

quàm entheo Numinum spiritu,

vbi spirauerit, non impelli.

Perfecit hoc sapiens **WIELOPOLSCII** animus;

impleuitq; alienum veneratione sui, dum impleuit proprium, Sapientiæ cultu pectus.

Flexanimo inter mortales Suadæ imperio, tantò dignior;

quantò immortalibus sapientum animis, diuisq; sapientiæ præsidibus familiarior.

Vnum tamen est,

quod Patriæ nondum persoluit, cum absoluisset omnia.

immortalitati nempe suæ, cum apparatus prouidisset omnem;

non prouidit publicæ, cui securior in pignore fiducia.

Quantumcunq; de felicitate sua, in rem Patriæ conferat;

est tamen, quod felicitate euincet nulla;

ne, quem mortalem cogitat, aliquando sentiat.

Hoc est,

quod absolutissimo operi, manum supremam non imponit;
donec Patriæ constet, ex hac quoq; parte, immortalitati prouisum,
quâ in posteris viuatur.

Age itaq; **ILLVSTRIS. SPONSE,**

Amoribus Patriæ, metum ne misceas, scrupulum exime;

& quod Te, ad ea quoq; quæ Tibi post Te sæcula debebunt, extendas;
ætati nostræ ostende.

Ego certè,

nec Delium mihi fontem propitium habeam, nec vates sim,
nisi Pegasus Tuus, cum ad fluminum capita decurrit, diuinus sit,
votiq; Patriæ ex voto respondeat.

Sacra hæc olim,

rituq; patrio vbiuis gentium culta;

Aras illis posuit necessitas publica, ponetq; semper;

donec ante Iouem pluuium, suo Ægyptus Nilo, anademata ponet.

Perennes aquæ **KOMOROVIANÆ,**

Herouum immensam seriem, dum continuant, ingentium capita, fluminum factæ sunt.

Elementum hoc,

ad incrementa magnarum stirpium calitûs datum,

nunquam in alias transit, quas non auxerit; deriuatumq; in plures;

fontem suum vbiq; circumtulit; deductum riuis, non imminutum.

Molem immensam supra decem sæcula, cum è longinquo voluat;

D

parem

parem ubiq; sensit; nec ad terrarum angustias respicit.
Per Italiam, Pannoniam, Sarmatiam, immenso ambitu decurrens,
ostia necdum inuenit.

Fluuiorum profecto miraculum;
quorū, quantacunq; domi vastitas; ad ostiorum limina dum offendit, defluit.
Illustriss. Domūs KOMOROVIAE portenta; non flumina:
vt ad fontes suos, omnem superioris æui diligentiam effugiunt:
ita ad ostia, succedentis requirunt nullam;
nisi quis, quā parte, in immortalis gloriæ oceanū sese exonerant, ostia putet.

Huc enim uerò,

quidquid in Armis KORCZAK summum fuit; iam olim delapsum;
vel in ipsis STRVSIIS, qui KOMOROVII sunt,
viginti quatuor Sarmatiæ Decios, mucroni scythico pro Patria deuotos;
magnas cælo uictimas intulit.

Adhucnè Pegaso Tuo, ILLVSTRISSE SPONSE,

Vetus diuinitatis portio neganda?
qui dum Heroem ex Te, Tibi similem, Patriæ uouet;
ad fecunda Heroum fluenta, diuino propè instinctu stetit.
Rorida hæc Nympharum sedes, nisi in auream Herouū messem exuberet;
Suum Neptunus tridentem, laticesq; Triton deserat.
Elementi, quo coalescunt omnia, opprobrium est,
quidquid ad undas non fecundum.

Sunt quippè, & his, sua fecunditatis viscera:
quæ si gemmas, arenarumq; pretia, dum terras aluunt, gruidæ ferunt;
in stemmatis, Connubiiq; pignus assumptæ,
Heroum gemmas cur non parturiant

W I E L O P O L S C I O S ?
**VOTORVM CONNUBIALIUM
HIPPOCRENE III**

Non omne, nec ubiuis, Nympharum in undis imperium.
Vitrea hæc sceptrā,
non delicata tantū, aut crySTALLINA; sed mascula quoq; regit interdū manus.
Elementum hoc freni impatiens,
expedit aliquando, ab imbelli vindicare manu;
ne in aquis etiam, formæ obediunt omnia.

Sunt ergo,

quibus & ipse, armorum DEVS præfider, undæ;
maiore utiq; gloriâ, quā si fluuiorum matribus paruissent.

Nemo

Nemo hîc,

Phrygium vellus, aut Colchidis pretiosa lucra cogitet.
Heroicæ virtutis lucrum, ipsa sibi maximum,
undis tamen sæpius inuecta,
docuit vitreas Neptuni domos, armorum pondera ferre.

Inde factum,

vt bellorum, terra theatrum; amphitheatrum, pontus sit.

Martis in eo ludos,

vel ipsa orbis spectacula, cladibus suis dicant,

Ilium, Tyrus, Carthago.

femina quidem, in aquis spargimus nulla;

Heroum tamen vberima.

Peloponnesum, Hellespontiq; iurgia non nouit;
qui messem ex hac semente medijs in aquis, Heroum gloriæ natam,
in horreum æternitatis inferi, non aduertit.

Martis hæc est gloria,

ubi quatuor à morte distamus digitis,

Ibi vitam Heroum, & nomen parere, parareq;

Fatetur id,

Illustrissimi sanguinis KOMOROVII, vetus gloria,
triplex flumen Mauortium.

Hebrum suum, & si quid in Odrysiis amicum habet campis,
armorum Deus nunquam tanti; quanti hæc undarum decora fecit.

Pretium illis, vt & origo ab omni æuo;
ex quo Bellona, inter mortales in numen abiit;
quam in his lotam primò aquis, bellaces Sarmatarum animi, facile euincunt.
Armata numina, quem genium undis hisce dederint;
pars Europæ potior, bellis Hunnorum inundata cladum suarum silentio,

stuporeq; sequitur;

ferali illi diluuiò, æternum implacabilis;

nisi flumina hæc, undè fluxerunt, non rediissent.

Hæserunt in ea, quam terruerant, orbis facie;

plusq; putarunt ad victoriam conferre;

teneri ab iis, quas vicerant, partibus; quā tenere.

Debet Italia Zoardo,

gratiam pro inimicijs;

qui flumina sua in Adriam, Tyrrhenumq; mittens,

contra morem pelagi, vt redundaret, fecit;

tributum victis persoluens; quod imperare debuerat.

Sed

Sed ô quàm fœnore nobili !
Fluminibus aliis,
ex alto per prærupta descendere, natura est;
his, per prærupta in altum.
Fastigium, quòd conscenderint, quàm arduum, quæris?
supra quod, in humanis nullum.
Ad Vaticanum vsq; Apicem,
per **CARAFFARVM** familiam purpuratam, flumina hæc connixa,
adaquas, quæ super cœlos sunt, peruenere.
Obsignauit illas, dum Ecclesiæ præfideret,
PAVLVS IV, Pontifex Maximus,
Annulo Piscatoris;
ne profanæ ampliùs, purpuratæ semper fierent;
Nimirum, purpura in vndis nascitur.
Quæ,
Thronos olim Pannoniæ regales, dum ambire renuit;
purpuratum Poloniæ Regum sanguinem,
in **PROCOPIO**, Præfule Craconiensi, **LES CI**, **NIGRI** Monarchæ
Poloniæ, consanguineo, iurè tetigit,
Sacer Perfarum Choaspes: quia Regum potio;
aquis tamen de Armis Korczak, tantò inferior;
quantò potione moior, sanguinis Regii portio.
Inde **KOMOROVIIIS**
erga Regium Sanguinem fides incomparabilis,
indolis natiuæ dos est.
Venerati sunt in magnis Regibus, quod aliquando in genus suû transferat:
nec pœnituit **PETRV M KOMOROVIV M**,
septem in Hungaria pro **CASIMIRO** Principe amisisse arces:
dum quod regnis potius est, fidem non amisit.
Fælix utiq; damnum!
quod per dispendia fortunæ, fortunam, & gloriam auxit:
docuitq;
Virtutem in vndis **KOMOROVIANIS**,
tempestate quidem interdum iactari posse; naufragio allidi, nunquam.
Interdum, periculum magna salus est;
meliùsq; aliquando, in iram fortunæ, quàm in amores incidere:
in quibus fidem seruauit nemini.
Infracta Virtus **KOMOROVIA**,
Fortunæ indignationem Pannonicæ, magno apud Sarmatas fauore pensauit.
dixit.

dixisses illam,
ex angustijs illis, in latissima terrarum Poloniæ, consultò transisse:
vt magnitudinis suæ experimentum faceret.
Impleuit certè Martem, Senatùmq; Polonum **VIRIS**:
quorum famam, longæuum quamuis, nunquã satis adimplebit sæculum.
in annulo eos, cum rectè imperantibus, ne describas;
In annuli potiùs gemmâ scribe; sed gemmas.
Hic eos Regum, Patriæq; amor posuit:
non procul à Ioue; sed procul à fulmine.
Quanquam,
Sellas curules infedisse illis, vt pronum, & frequens;
ita expetitur nunquam fuit.
Fluminum suorum ritu,
cum meritorum potiùs cursum; quàm præmia, sedesq; diligunt;
diligere, eligiq; ad summa, citra conspectum, meruere.
E pugnacissima stirpe orti,
inter confertissimos hostes, dum non videntur, visi sunt ad gloriam
cum **STRVSSIIS**, **BORATINIIS**q;, quorum hi sanguis fuere.
ibi in Patriæ oculos incurrentes; vbi faciliùs in mortis incurritur.
Ergo,
ad Mauortia **KOMOROVIAE** stirpis flumina,
Nympharum frustra imperium quæritur;
nisi fortè, & hic Iouis nutricibus aliquid in Martem liceat.
licuit certè,
has inter fontium vitreas domos,
soli, qui aureos vngulâ fontes elicit,
PEGASO WIELOPOLSCIANO,
Nympharum **TE** inuenire pulcherrimam,
Illustrissima Sponsa,
CHRISTINA CONSTANTIA
de Komorow,
KOMOROVIA.
Quidni Tu,
Domus Tuæ ocellus, prima in oculis,
illimiq; fluminum Tuorum crystallo etiam cum visum effugis,
SPECTATISSIMA?
Fontium perennitas, ad Nympharum Numina pertinet;
ad Te, quidquid in **KOMOROVIIIS**, **MYSZKOVIIIS**q; perenne.
E A magn

A magno sanguine, quidquid vtrumq; summum,
cùm alios circumfuderit, Te inundat:

ceu ex condito,

Tibi soli destinatum sit; quod per tot sæcula deriuatur.
si Nymphas, mellis inuentrices credimus;

Tu certè,

Nympharum omnium MELISSA, an mellita es?
quidquid ad Flumina Tua in flore sapidissimum, castâ mente colligens,
Virtutis in Te aluearium fecisti.

Decuit sanè,

ex candidissimo Gallix liliato,

Serenissima ac Potentissima Principis, ac Domina,

LVDOVICÆ MARIÆ GONZAGÆ,
Poloniarum Reginae, &c &c.

Cuius in oculis, ad venustissimi floris succreuisti decus:
quidquid in virtute odoratissimum, suaqueq; Te decerpere,

Ad Purpuram Maiestatis huius,
absoluta est in Te formæ, pudorisq; diuina consensus:
custosq; virtutum purpura.

Inter solii Regalis, diadematumq; fulgura,
in gemmæ nitorem, quod effulseris, lucis natura est.
si aliquid flumina Tua insigne voluunt;

Vniones certè Oceano non inuideant:

cùm Tu, in vndis Tuis vnica,

ceu princeps, gemmarum pondera, VNIO vincas.

Ibis ergò,

atq; in pectore illo nitidissima consurges,

in quo sola triumphas.

Annibus Tuis, Nympha cùm præsideas,

Diuarum Connubialium fauores facilè euinces.

Fonte perenni Sponsas abluì, Nymphisq; sacra facere,
verus ad thalami festa mos est.

Tibi hæc Sacra, vota q; domi sunt.

VOTORVM certè, in Orbe Polono,

Pro Te, SPONSO q; Tuo, numerum,

sola fluminum Tuorum guttæ definiunt,

Vtinam & Annorum!

Aurem

Aurem VOBIS benignam dabit,
Altissima illa cœlorum MAIESTAS:

Quæ in TE,

Magni sanguinis compendia iunxit, incrementa destinauit.

Ita fiet,

Vt, qui ab Vndis vngulâ eductis, orbis Famam meruit
Virtutum in Te, plenas, Heroum ex Te successu fecunda
læto ad posteros augurio, non frustra decurrat,
PEGASVS ad VNDAS.

Aquam VORIS benignam dabit
Alacrima illa celorum MAESTER

Quae in T.E.

Magni sanguinis compendia tenet, incrementa dabit
itaque,

Ut qui ab Vobis vagantibus, orbis Terram in
Vinum in Te plantas, Herbarum ex Te facillime
Iaro ad petros agunt, non frustra deantur.

TEGASVS ad VNDAS.